

Johannes Möring Georg Barschamp


## Disputatio De Deposito

Rostochii: Reusnerus, 1605

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757178952>

Druck Freier  Zugang







K. K. — 2 (154.)



1. Ludovicus, an et quatenus affectus humani in foro consi-  
derentur
2. Michaelis, de funere a filio vivo et audenti parenti facto.
3. Graefus, de eo quod iustum est circa pabulatorias militum  
excursiones vulgo fœderatione.
4. Fischer, de injuriis quas fiunt per secundam personam.
5. Weniger, de Pfalburgeris.
6. Wend, de poenas militum famosae
7. Weidler<sup>us</sup>, defectuum corporis contumelie.
8. Weidler<sup>us</sup>, de sacramentalibus.
9. Weidnerus, de usu remedii contra aedificentiam ad ac-  
mulationem.
10. Weidner, de eo quod iustum est circa mulctas sive poenas  
pecuniarias, non Guldhusen.
11. Rüstner, de expressa et tacita praescriptione litterarum  
cambialium.
12. Rüstner, de alienatione bonorum adventitiorum.
13. Rüstner, de legatis ex testamento cui clausula oculi-  
allens inest de stipitate non praestandis.



14. Graeven, de conditione mafoulorum et feminarum  
in jure.
15. Overbeek, de concursa noverrae cum privilegiis.
16. Crell, de monumento faciendum voluntatem testatoris  
faciendi.
17. Crell, de ferutoribus et quatenus ex eorum factis civitas  
teneatur?
18. Crell, de bonis receptitii uxori testamento paterno con-  
stitutis?
19. Crell, de praescriptione petitionis hereditatis pater-  
nae et aviae.
20. Weysshal, de adjumentis et cautelis jurisprudentiae na-  
turalis rite excolendae.
21. Wernsdorf, de polygamia.
- 22.<sup>a</sup> Wernker, de jure vicariorum sacri romani imperii  
in aurea bulla expressis.
- 22.<sup>b</sup> Wernker, de vicariatu, de j. ult. qua jura vicari-  
orum sac. rom. imp. in aurea bulla non expressa.
23. Wernker, de actione cessae, adversus confidei jussorem  
in felidum competentem.
24. Wernker, de fructibus, in trebellianicam imputan-  
dis.



47  
38

DISPUTATIO  
DE  
DEPOSITO.

Quam  
DIVINO ANNVENTE NIMINE.  
*Præside*

Clarissimo ac Consultissimo viro  
Dn. JOHANNE MORINGIO,  
*J. V. D. & supremi Judicij Ducatus Mega-  
politani Advocato fidelissimo*

In illustri ROSARVM Academia  
publicè

*Defendendam suscipiet*  
GEORGIUS Barchamp/ Rostochiensis.

*Habebitur disputatio in Auditorio magno 17. die  
Augusti, Hora 7. matutina.*



ROSTOCHII  
Excudebat Christophorus Reusnerus.  
Anno 1605.

*Suo Christiano Dmichio*

*m. f.*



GENERO SO AC MAGNIFICO  
HEROI,

DN. HENRICO RAMELIO,  
SERENISSIMI REGIS DANIÆ CAN-  
cellario, Domino in *Wusteruth & Wetschow* Domino Pa-  
trono ac Mæcenati suo summa observantia  
colendo.

QVum tanta Legum sit autoritas, ut non solum res humanas, sed etiam divinas  
optime disponat, iniquitatem omnem expellat, quis magis hoc seculo quid exoptaret,  
nisi is qui plane stupidus & exors. Hinc etiam ICti ac Philosophi  
unanimitè conspirantes, sine his vitam humanam vix consistere posse affirmarunt,  
sanctamq; hanc scientiam pretio nummario nevitquam estimandam putarunt:  
Quæ, Generose ac Magnifice vir, dum meditor, ICti ac Philosophis non fidem non  
adjungo, duntaxat, verum etiam alacrius ad illam Scientiam instigor; Proinde mihi  
exercitij gratia, aliquam contractuum nominatorum materiam publice tractandam  
destinanti, fertilis hæc inq; communi hominum societate frequenterissima de Deposito  
sefe obtulit materia. Cumq; Gen. ac Magnifice vir, prisca ac laudabili consuetudine  
receptum sit, ut studia nostra, nostris de nobis benemeritis offeramus, & vero à  
Generositate tua plurima, eaq; maxima beneficia cumulatè, cum Generositatis tuæ  
filium Gerhardum, exq; sorore nepotem Christianum Henricum Tzastrovium nobilissimæ  
indolis adolescentes, meæ fidei ac institutioni commendatos haberem, in me  
profecta gratis agnoscam, munus hoc levidense in Observantia *Генерозити* Grati-  
tudinis *обязанности* consecrandum duxi. Quamobrem Generose ac Magnifice vir, Pa-  
trone summo honore prosequende, Generositatem tuam hic rogarem, ut hæc benevolè  
à me acciperet animo, nî scirem Generositatem tuam eâ fronte, quâ ea qua sibi gra-  
ta sunt consuevit, accepturam. V. Rostochio, 4. Id. Aug.

G. ac M. tuæ

Observantis.

Georgius Warschamp Rost.





# DE DEPOSITO

## THESIS PRIMA.



POSITIVM dicitur à PONENDO: particu-  
la vero DE auget significationem verbi PONE-  
RE, ut intelligamus totam omnino custodiam rei  
deposita in depositarium transferri. *Pac. ad tic. Cod.  
depos. vel cont. in pr. n. 2: & 3.*

2. Antequam a. definiatur Depositum præmittendum quod  
vocabulum Depositi sit Homonymã, interdum enim accipitur pro  
ipsa re deposita, ut in l. 1 in pr. ff. *depos. in qua scribit. Vip. quod  
depositum sit, quod custodiendum alicui datum, hoc est, tradi-  
tum est.*

3. Interdum vero & quidem frequentius accipitur pro con-  
tractu quo ea res deponitur. *Pac. in d. pr. n. 4. & 5.*

4. In hac SIGNIFICATIONE posteriori potest deposti-  
tum in genere describi, quod sit contractus quo res traditur ali-  
cui gratis custodienda. Deposi-  
tum quid,  
& quoru-  
plex.

5. Et generale hoc Depositum est duplex: & dividitur in  
depositum simplex & in sequestrationem.

6. De Deposito autem simplici in hac disputatione agetur, de  
sequestratione vero in disputatione subsequenti dicitur.

7. Depositum simplex, quod *Pacius in d. pr. n. 15. VULGARE*  
alij *SPECIALI* vocant, est contractus Iurisgentium, realis,  
nominatus, bonæ fidei, quo res aliqua mobilis, non litigiosa sine  
mercede, ab uno vel pluribus, traditur uni vel pluribus custo-  
dienda, ita ut ea ipsa pro libitu eis, qui eam deposuerunt, resti-  
tuatur.

8. Quod hoc depositum contractus Iurisgentium sit, indu-  
bitatum est, & patet hoc ex præse ex l. 5. ff. de I. & I. nem ex l. 7. in  
pr. & § 1. ff. de pact. & ex § Ius autem gentium, Inst. de Iur. nat. gent.  
& c.

A 2

9. Quod



9. Quod realis sis, constat ex l. 1. § is quoq; s. ff. de Obl. & Act. l. Publia 26. § fin. ff. depos. § praterca. Inst. de Obl. qua re contr.

10. Quod sit nominatus inde constat quod certum & speciale nomen habeat, d. l. Iurigennum 7. § 1. ff. de pact. l. 1. § item emptio, vers. quod in his ff. de Rer. permut.

11. Esse etiam hunc contractum bonafidei contractum ostendit l. 1. § hanc actionem 23. l. si in Asia 12. l. Quintus 28. in fin. ff. depos. § actionum autem. Inst. de act.

12. Rei autem mobilis ideo mentionem facimus, quod res immobilis secundum veriore Dd. opinionem in simplex depositum non cadit, uti hoc infra latius demonstrabitur.

13. Ut etiam res illa mobilis non sit litigiosa necesse est. l. 1. § non solum, & § si apud duos 43. l. licet 17. ff. h. t.

14. Cum etiam depositum mercedem non admittat, sed gratis celebrandum veniat, ut habet l. 1. § si vestimenta cum seq. ff. depos. & § ult. Inst. mand. l. & ita de facto. 3. § 1. vers. sed si gratis, ff. Naut. Caup. Stab.

15. Ideo & hoc definitioni inferendum fuit, ut ejus natura eo clarior redderetur, quando enim merces datur pro re custodienda tunc non depositum sed locationem & conductionem contractam esse existimandum est d. l. 3. § 1. ff. naut. caup. & d. § ult. inst. mand. l. 1. § 8. & § seq. 1. ff. depos. Mysing. ad. § 3. n. 2. Inst. h.

16. Alia tamen ratio est si interveniat pretium sive remuneratio aliqua ut *evl'edagov* sive honorarium, quia tunc nihilominus erit depositum, ut habet l. prator ait 2. § & generaliter 23. cum seq. ff. vi bon. rapt. Cuiat. lib. 1. feud. tit. 1. & in parat. C. h. t. Conn. 7. Comm. 4. n. 1. & seqq. Bocer. in comm. ad d. l. contractus 23. c. 4. n. 3. de R. I.

17. Et licet hoc pretium sive honorarium vocetur merces in l. si ut certo, s. § nunc videndum 2. ff. commod.

18. Tamen non proprie sed improprie ita dici ostendit d. l. prator ait, § fin. in re ff. vi bon. rapt. Borch. in § praterca & is Inst. de obl. qua re contrab.

19. Dicimus etiam quod ab uno vel pluribus quid deponi possit, & recte, probatur enim hoc satis per l. 1. § sed si duo 44. l. licet 17. l. si duo 22. ff. depos. l. sequester 10. ff. de V. S.



20. Et sicuti vel unus vel plures deponere possunt, sic etiam apud unum vel plures deponi potest, d. l. 1. § si apud duos 43 ff.

21. Ex eo quod per depositum detur res, duntaxat custodienda, ut habet l. 1. in pr. l. 6. ff. de pos. & § præterea Inst. quib. mod. re. l. 1. § is quoq. de O. & A. Colligitur primo: quod à deponente in depositarium dominium non transferatur, illud enim penes deponentem regulariter manet, d. l. licet. 17. § fin. ff. b. l. 1. 2. § 1. ff. pro hered.

22. Secundo: quod etiam possessio in depositarium non transeat, eam enim etiam deponens retinere dicitur in l. 3. § sed si is 20. l. qui universas 30 § ult. ff. de acquir. poss. d. l. 2. § 1. ff. pro hered. d. l. 17. § 1. ff. de pos. Ias in l. 2. n. 6. si cert. per. glos. in c. 2. eod.

23. Tertio: quod depositarius regulariter rei depositæ usum non habeat, sed solam rei depositæ custodiam gratuitam d. l. 17. l. 29. ff. de pos.

24. Si vero utitur depositarius re deposita pro suo arbitrio, furtum committit, & furti tenetur, l. 3. C. de pos. § furtum autem. Inst. de obl. quæ ex del. Penultich Halsgerichtis Ordn. art. 170. welcher mit eines andern güter re. Pac. ad d. pr. n. 12.

25. Deniq; est proprium depositi, quod is qui rem tradit, possit eam statim, vel quando velit repetere l. Lucius cum l. seq. ff. b. l.

26. Quamvis ejus restitutio in certum diem collata sit l. est a. 22. § si deposuero 45. & seq. cum l. ult. ff. de pos. l. penult. C. eod. Treul. vol. 1. disp. 26. th. 5. lit. b. & c.

27. Idq; propterea quod hic contractus solius deponentis gratia plerumq; iuri soleat l. 1. in pr. ff. b. l. si ut certo 5. § 2. ff. commod.

28. Dividitur hoc depositum simplex in voluntarium & necessarium l. 1. § 2. & 3. ff. de pos. Pac. in d. pr. n. 14.

29. Voluntarium est cum quis sponte sua, ac nulla necessitate coactus, rem deponit d. l. 1. § merito 2. ff. b. l.

30. Necessarium: cum quis rem deponit ex necessitate, ut puta; incendi; causa, vel tumultus, vel ruina, vel naufragij, aut ex alia necessitatis causa simili æquè gravi, d. l. 1. § merito 2. & seq. ff. de pos. 1. § ff. de Incend. ruin. naufr. § in duplum Inst. de act.

A 3

Et hoc



31. Et hoc depositum necessarium est favorabilius deposito voluntario, quia deponens non habet spacium & tempus ad eligendam personam idoneam apud quam deponeret, & propterea perfidia depositarij magis hoc in casu coercetur, l. 1. § 1. & § 2. ff. dep. uti hoc infra latius dicitur.

Qui possunt deponere.

32. Ad personas quae deponere possunt hoc notandum, quod paterfamilias recte deponere queat, arg. l. Iulianus 19. ff. depos.

33. Secundo potest deponere filiusfamilias in potestate patris existens l. 1. § filiumfamilias 42. d. l. Iulianus 19. ff. depos. l. tam ex contractib. 57. ff. de Iudicij l. filiumfam. 9. & l. ex contractib. 49. ff. de O. & A.

34. Tertio filius emancipatus, l. si apud 21. ff. h. t. Wesenb. par. n. 8. ff. eod.

35. Quarto servus nomine domini l. 1. § 17. 27. 28. 30. & 31. l. quod servus 11. l. servus 33. ff. depos. l. quod servus, 35. ff. de solut.

36. Quinto Procurator nomine ejus qui dominus rei est, l. si quis 13. ff. depos.

37. Sexto Tutor & Curator nomine suorum pupillarumve & minorennium. § unde in his 2. Inst. de auctorit. iuc. l. 5. in pr. ff. eod.

38. Septimo possunt deponere & ipsi minores, & quidem vel cum curatorum suorum auctoritate ac consensu, vel etiam sine eo.

39. Atque ita potest octavo deponere quilibet bonafidei possessor, intellectum habens. l. bonafides 31. ff. depos.

40. Nono & ultimo potest quoque deponere malafidei possessor, ut Fur, item Praedo vel Latio, & in summa quilibet alius malafidei possessor l. 1. § si praedo 39. d. l. bonafides 31. ff. depos. l. non ab Iudice 64. ff. de Iud.

41. Quod enim Fur rem furtivam & Praedo vel Latio sua spolia a quod aliquem recte deponat satis constat ex textibus in praecedente thesi allegatis, & tradit hoc Costal. ad d. l. bonafides 31. ff. h. t. & ad l. commodare ff. commod.

Qui prohibentur deponere.

42. Prohibentur vero deponere, primo infantes, arg. § pupillus Inst. de inutilib. stip. l. 1. § huic proximus, ff. de O. & A.

Secundo



43. Secundò pupilli, hoc est masculi minores i 4. annis sine tutoris auctoritate *s unde in his Inst. de Aurb. iuc.*

44. Tertio pupillæ, hoc est fæminæ minores. i 2. annis, sine tutorum auctoritate. *l. 5. in pr. ff. de aurb. tut.*

45. Quartò furiosi, *arg. l. 1. § furiosum ff. de O. & A. l. 5. § furioso 40. de R. I.*

46. Quintò mente capti sive dementes § furiosi, *vers. Sed & mente captis, Inst. de Curat. § qua ratione Inst. de pup. subst.*

47. Sextò prodigi quibus honorum administratio à magistratu est interdicta, *l. Iulianus 10. ff. de cur. fur. l. is. cui. 6. ff. d. Verb. O.*

48. Enumeratis jam personis, quæ vel deponere possunt, Apud vel deponere prohibentur restat dicendum, apud quos quid deponi possit, aut deponi prohibeatur: *Quare scias apud Patremfam. & quidem vel apud unum vel plures rectè deponi posse, d. l. 1. § 42. ff. h. t.* Apud quos quid deponi potest.

49. Secundò potest quid deponi apud filiumfam. in potestate patris existentem *d. l. 1. § filiumfam. ff. de pos. l. ex contractibus 49. ff. de O. & A. l. 57. ff. de Iud.*

§ 0. Et potest in hoc casu adversus ipsum filiumfamilias agi quidem in solidum *arg. d. l. tam ex contractib. ff. de Indic.*

§ 1. Adversus patrem vero peculiotenus tantum, *l. deposui, s. in pr. l. deposui 38. ff. de peculio, arg. l. sed mihi videtur. 3. § si filiofamilias 4 ff. commod.*

§ 2. Tertio deponi potest apud filium emancipatum, *d. l. si apud. ff. de pos.*

§ 3. Quartò apud minorem 2 § annis curatorem non habentem, *d. l. 101.*

§ 4. An autem rectè deponi quid possit apud minorem 2 § annis, curatorem habentem, sine illius auctoritate & consensu, non caret controversia, multi enim sunt qui negant, nos vero affirmativam defendere annitemur.

§ 5. Sextò deponi potest apud Iudicem *arg. l. qui mutuam 56. § 1. ff. mand. & arg. l. acceptam 19. C. de Vsur.*

§ 6. Septimò in ædem sacram aliumve locum publicum, *l. 1. § 37. ff. de pos.*

Apud



Apud quos non possumus deponere. § 7. Apud infantes vero deponi non potest arg. l. 1. § impubes ff. commod.

§ 8. Apud pupillum quoq; sine tutoris autoritate inutiliter deponitur, cum hic regulariter sine tutoris autoritate ex deposito non obligetur.

§ 9. Nisi forsitan adhuc res ipsa deposita tempore repetitionis apud pupillum extet, tunc enim tenebitur pupillus eam reddere.

60. Vel nisi ex re deposita locupletior factus fuerit, l. 1. § an in pupillum ff. depos. vel contr. l. ait Praetor 3. § pupillus 4. ff. negot. gest. arg. l. eatenus 10 ff. de instir. act. & l. pupillus 59. ff. de Obl. & Act.

61. Vel nisi dolum circa rem depositam commiserit, d. l. 1. § an in pupillum 15. ff. h. t.

62. Tertio non potest deponi apud furiosos, arg. l. 1. § 12. & l. furiosus 46. ff. de O. & A. l. in negotijs. 5. l. furiosi 40 ff. de R. l.

63. Quarto apud mente captos sive dementes d. § furiosi.

64. Quinto apud prodigos quibus bonorum administratio à magistratu est interdicta, d. l. u cui 6. de V. S.

65. Sexto apud ipsos dominos rerum, quemalmodum enim dominus rei non potest apud semetipsum rem suam deponere, cum nemo cum seipso contrahere possit, ta nec alius quispiam potest rem domini, quæ domino subrepta est, vel aliàs ex illius potestate venit, apud ipsum dominum deponere, l. qui rem suam 15. l. bona fides 31 § 1. ff. depos. vel contr.

66. Quia iniquum, ut rem suam Dominus, cui ea deponendi animo tradita est, restituere compellatur, d. l. bona fides 31. ff. h.

67. Quare si rem furto ablatam Fur apud Dominum igno-  
ranter deponit, non est depositum d. l. qui rem. 15. & d. l. bona fides 31. § 1. ff. h. t.

68. Si vero apud alium deponit, consistit depositum, uti supra dictum l. 1. § si prado, d. l. bona fides. § 1. ff. end.

Quenam res pos-  
sunt de-  
poni.

69. Ad res quod attinet sciendū primò quod res mobiles pro-  
pria recte deponi possunt, d. l. 1. § si prado. 39. d. l. bona fides ff. depos.

70. Et quidem non saltem inanimatorum, ut puta, annulus, vestis,  
sed & animata, ut puta, animalia irrationalia, veluti Bos, Equus,  
Alinus, &c. d. l. 1. § 9. ff. h. t.

Deinde



71. Deinde possunt deponi res mobiles alienæ d. l. 1. § si  
prædo 39. d. l. bonafides 31. §. 1. ff. dep. l. 1. § idem Pomponius 7. ff.  
Naut. Caup. Stab.

72. Quia per depositum nihil juris in depositarium trans-  
fertur, l. licet 17. ff. depof.

73. Et propterea admissum est, quod & Fur rem furtivam  
& Latro sicuti & Prædo sua spolia rectè deponere queant, uti su-  
pra demonstravimus per d. l. bonafides.

74. Prohibentur autem deponi res mobiles litigiosæ d. l. Quæ res  
licet 17. deponi non pos-  
sunt.

75. Porro, res immobiles indistinctè, sive sint litigiosæ sive  
non sint litigiosæ. Est quidem controversum, an res immobiles  
non litigiosæ deponi possint, nam Goddeus simpliciter affirmat  
in l. no. ff. de. V. S. n. 3. Et in rubric. de sequest. possess. Et fruct. n. 8. Et  
seqq. quod & ea aquè ac res mobiles non litigiosæ deponi possint.

76. Verum cum textus Iuris desit, nec ullum hujus rei no-  
mine occurrat exemplum in Iure nostro, Depositi etiam Etymo-  
logia isti assertioni repugnet, eas deponi non posse merito est  
statuendum.

77. Tandem quoq; certum est res incorporales deponi non  
posse d. l. 1. in pr.

78. Ex hoc contractu duæ actiones descendunt, una dicitur De actio-  
actio depositi directæ; Altera actio depositi contraria, quod ne depo-  
ostendit rubr. fforum, Et C. depositi vel contra. l. ei apud quem §. in pr. siti dire-  
ff. depof. vel contr. ctæ.

79. Actio depositi directæ, quæ à nonnullis actio depositi  
principalis dicitur, datur primò deponenti, l. 1. § hæc actio 19. ff.  
depos. § præterea Et is, penu. i. Inst. quib. mod. re contr. obl.

80. Quiscunq; ille sit, bonæ fidei possessor an malæ fidei pos-  
sessor, ut Fur vel Prædo. l. 1. § si prædo 39. ff. depof.

81. Nam & hos hanc actionem ad repetitionem rei depositæ  
intentare posse ostendit l. 1. § si prædo 39. Et l. bonafides 31. ff. d. pos.

82. Quod autem dicimus bonæ fidei & malæ fidei possessori-  
bus hanc actionem depositi directam competere, hoc de eo  
bonæ fidei possessore, item de eo malæ fidei possessore intelli-  
gimus qui paterfamilias est, non de eo qui est filiusfamilias.

B



83. Nam filiosfam. in potestate patris existenti directa de-  
positi actio non competit.

84. Nisi forte castrensia aut quasi castrensia bona depo-  
suerit.

85. Quando enim filius deposuit rem peculiarem, tunc  
non competit ei actio depositi directa, sed actio depositi utilis,  
arg. l. in factum 13 ff. de O. & A.

86. Et quidem non semper sed tunc demum si pater illius  
absit, l. filiosfam. 8. in pr. ff. de procur. & arg. l. si unius 17. § ait pra-  
tor. 10. ff. de injur. l. si liberius. 12. ff. de in jus voc. l. si longius § 1. ff.  
de Iudic.

87. Vel furore aut dementia sit correptus, cum & ille absen-  
tis loco habeatur, d. l. si unius § filiosfamilias n. & seq. & § ult. ff. de  
injur.

88. Et nemo sit qui patris nomine experiri velit, d. l. sed si  
unius. 17. § ait praetor. 10. ff. de injur.

89. Atq; ita est intelligenda. l. Iulianus. 19. ff. depos. & l. filio-  
fam. 9. ff. de O. & A.

90. Quando igitur pater non abest, nec furore aut demen-  
tia est correptus tunc ipsi patri depositi actio competit non verò  
filio.

adversus  
quem da-  
tur.

91. Secundò datur hæc actio post mortem deponentis hæ-  
redibus illius, cæterisq; successoribus, l. & ita 3 § penult. ff. Naut.  
caup. stabul. l. ea quæ 6. C. famil. hercisc. l. hæc actio ff. depos. l. si quis  
tab. ff. de minor.

92. Et quidem primò aduersus depositarium, apud quem  
res deposita est l. 1. § apud Iulianum, ibi si depositor, & l. 7. § datur ff.  
depos. § præterea Inst. quib. mod. re contr.

93. Sive sit paterfam. sive filiusfamilias. l. si apud 21. ff. depos.

94. Et si apud duos vel plures res sit deposita aduersus  
unumquemq; eorum agi poterit, l. 1. § si apud duos 43. ff. depos.

95. Nec liberabitur alter si cum altero agatur, non enim ele-  
ctione sed solutione liberantur, d. § si apud duos.

96. Proinde si ambo dolo egerunt, & alter quod interest  
præstiterit, alter non convenietur d. § 43.

97. Quod si alter vel nihil vel minus facere possit, ad alterum  
convenietur, d. § 43.

Secundò



98. Secundò datur hæc actio adversus depositarij hæredem, *d. l. ex contractibus 49. ff. de O. & A.*

99. Datur vero hæc actio, ad id ut eadem ipsa res quæ deposita est restitatur, & præterea & is, *Inst. q. m. r. contr. obl. § in bonæ fidei judicij Inst. de act. l. 1. § is quoq. 5. ff. de O. & A. l. 1. § idem Pomponius 14. & si res 16. & § ult. l. licet. 17. in fin. l. Lucius 24. ff. depos. l. si quis penult. C. cod. l. mutuum 2. in pr. ff. de reb. cred.*

100. Et quidem non deterior, alioqui non videtur restituta, *l. 3. § si reddita ff. commod. l. 1. § 16. ff. h. r.*

101. Restituendaq; est ipsa res una cum eo quod ei accedit ut veste, capistro, licet deposita non censeantur, *l. 1. § 5. ff. h.*

102. Quod autem dicimus ipsam rem depositam esse restituendam, illud limitatur in depositione pecuniæ, in qua conventum est ut tantundem redderetur *l. Lucius 24. l. Die sponsaliorum 25. § 1. l. Publica 26. in fin. l. si fasciculum 29. § 1. ff. depos. l. in navem 31. vers. idem juris esse ff. locat.*

103. Secundò datur hæc actio deponenti ad id ut solvat depositarius æstimationem rei depositæ, si ipsa per dolum vel latam ejus culpam interijt, vel deterior est reddita *d. l. si aqua duos 43.*

104. Doli & late culpæ ideo mentionem duntaxat facimus, quod depositarius regulariter solum dolum & latam culpam præstet, *l. 1. § si quis servum 10. & § fin. ff. depos. l. 1. C. cod.*

105. Sunt tamen casus in quibus depositarius tenetur præstare æstimationem totius rei depositæ, si ea per levem aut levissimam illius culpam, in totum, sine casu fortuito interijt, vel in quantum ea per levem aut levissimam ejus culpam est deteriorata.

106. Primus est si se deposito obtulerit *l. 1. § sepe evenit 35. ff. h. r.*

107. Secundus si hoc nominatim ita fuit conventum *l. 1. § 6. h. r. l. si incertos. § nunc videndum ff. comm.*

108. Tertius, si rei custodiendæ causa honorarium accepit *d. l. 1. § nunc videndum 2. ff. commod.*

109. Quemadmodum vero depositarius regulariter, culpam levem aut levissimam non præstat uti dictum est, ita multo minus casum fortuitum *l. 1. § sepe evenit. 35. ff. h.*

110. Sed cum tamen certi inveniuntur casus in quibus depositarius



tarius etiam casum fortuitum præstare teneatur, non inutile erit si & ij hic enumerentur. Quare scias eum casum fortuitum præstare debere, cum ipsius dolus casum illum fortuitum causatus est.

111. Secundo si depositarij lata culpa casum fortuitum præcessit, arg. l. si ut certo § & interdum l. in rebus is. in pr. ff. commod.

112. Tertio tenetur casum fortuitum præstare si sit in mora restituendi depositum, & res casu aliquo fortuito post illam moram commissam pereat, l. 12. § ult. ff. depos.

113. Et hoc indubitatè verum est, si res ea ante moram restituta, non fuisset apud deponentem eodem modo peritura, d. l. si in Asia § ult. ff. depos.

114. Si verò apud deponentem eodem modo peritura fuisset, si fuisset ei sine mora restituta, tunc depositarium æstimationem istius rei depositæ non tenere, quæ per casum fortuitum perit, præstare tradit Fach. lib. 2. contr. cap. 71.

115. Et quamvis non desint qui contrarium hoc in casu statuunt, & putent quod depositarius etiam æstimationem rei depositæ, quæ casu fortuito perijt præstare teneatur, etiam si apud deponentem eodem modo peritura fuisset, si ei ante moram fuisset restituta.

116. Tamen nobis Fachinei, & aliorum cum eo sentientium opinio magis arridet, cum ea tum ipsi æquitati & rationi naturali, tum ll. veritati magis conveniat.

117. Præterea venit notandum quod actio depositi voluntarij directa ad simplum duntaxat, detur l. 1. § 1. & § hac autem 4. ff. depos.

118. Et quod etiam actio depositi necessarij directa similiter ad simplum in contententem detur.

119. Si autem ex necessitate, ut puta tumultus, vel incendij, vel ruinae, vel naufragij causa quid depositum sit, ac depositarius neget dolose in iudicio apud se quid depositum esse, & convincatur, condemnatur ipse in duplum l. 1. § 1. 2. 3. & 4. ff. depos.

120. Et hanc dupli condemnationem etiam ad incursum hostium & similes æq; graves ac urgentes causas extendendam esse putamus, arg. c. 1. § porro, Quæ sunt pr. cau. ben. amitt. in usib. feud. Si tamen



121. Si tamen depositarius non dolose, sed ob certam aliam causam inficietur depositum, in duplum non tenebitur *l. si quis inficiatus 13. ff. depos.*

122. Unde si deponens procuratorem aut servum ad reposcendam rem depositam mittat, ac depositarius depositum inficietur, cum nullam ejus cognitionem habeat, non erit is propter hanc inficiationem prædicta pænâ afficiendus. *l. 1. § 1. ff. mand.*

123. Quod vero ipse depositarius ob dolosam suam inficiationem potest condemnari in duplum, hoc ad illius hæredem extendendum non est. *l. sancimus C. de præbi.*

124. Cum actio depositi in duplum sit pænalis, *d. § 2. & § hæc actio ff. b.*

125. Atq; ita in hæredem transire non possit *l. sancimus C. de pen. l. 7. § fin. ff. de trib. act.*

126. Nisi forte & is in dolo fuerit & de illius dolo agatur *l. 10. ff. depos.*

127. Depositarius hac actione depositi directa suo nomine condemnatus, infamia notatur, *l. qui depositum 10. C. depos.*

128. Dicimus suo nomine condemnatum infamem fieri, idq; propterea ut elucescat, quod is qui per hoc iudicium tutorio, curatorio vel procuratorio nomine condemnatur, infamis non fiat, *l. 6. § 2. ff. de his qui not. infam.*

129. Cum sane hæc actio depositi certis in casibus sit privilegiata, ideo etiam ea privilegiata erunt recensenda.

130. Scias itaq; eam primò in eo privilegiatam, quod contrariam compensatio opponi nequeat, *l. 23. ff. depos. l. si quis 11. C. eod.*

131. Secundò est hæc actio privilegiata in eo, quod chirographis depositorum exceptio non numeratæ pecuniæ vel non depositæ rei opponi non possit *l. penult. C. depos. l. in contractib. 14. § 1. C. de non num. pec.*

132. Tertio in eo quod depositor corporis sive speciei extantibus, omnibus creditoribus anterioribus præferatur, *l. 7. § ult. § penult. ff. depos. vel contr.*

133. A Creditoribus verò anterioribus excipit Accurs. mulierem

B 3

liorem



licent, atq; tradit, quod ea in repetitione dotis, ipsi deponenti, qui rem depositam repetit, præferenda sit.

134. Cum autem illud ipsum non in ll. expressum inveniat, non immerito recessit ab illa Accursij opinione *Iohann. Vaud. lib. 1. q. 21. in fin.*

Actio de  
positi con-  
traria. 135. Et hæc de actione depositi directa sufficient, restat nunc ut de actione depositi contraria agatur.

136. Datur vero ea depositario ejusq; hæredibus *l. 1. apud quem 5. ff. depos. arg. § 1. & 2. inst. de perpet. & temp. act.*

adversus  
quem &  
ad quid  
datur. 137. Et quidem adversus ipsum depositorem sive deponentem, & adversus deponentis hæredem, *d. l. in apud quem.*

138. Et quidem ad hoc ut deponens vel illius hæres solvat impensas in rem depositam necessariò factas *l. ei apud quem 5. in pr. l. 8. l. 12. in pr. l. actione 23. ff. depos.*

139. Atq; ita tenetur ad refusionem cibariorum, quæ expensæ sunt in alendo servo deposito vel in alendo animali quod depositum fuit.

140. Tertio ad resarciendum damnum, quod depositarius occasione rei depositæ est perpeffus *l. 12. in pr. & § 1. l. actionib. 23. ff. depos. 1.*

141. Quare si servus depositus furtum fecit depositario vel hæredi illius, poterit ipse depositarius vel hæres illius ad resarciendum damnum, quod per servi furtum est perpeffus hanc actionem adversus depositorem vel ipsius hæredem rectè instituere, *l. si servus communis § quod vero ff. defurt.*

142. Et hoc similiter obtinet in alio damno, quod occasione rei depositæ, depositario vel ipsius hæredi est illatum.

143. Non juratur tamen in hac actione depositi contraria in litem, *l. ei apud quem in pr. ff. depos.*

144. Nec fit per hanc actionem infamis is qui per eam condemnatur *l. 1. l. furvi 6. § fin. ff. de his qui not. infam. § ex quibusdam, Inst. de pen. tem. litig.*

PARER-





## PARERGA

I.

An illata & invec̄ta in prædium rusticum sine conventionẽ, sint tacitè obligata locatori pro pensione prædij rustici? *Neg.*

II.

An creditor præsumatur jus pignoris remitte-  
re debitori si illi simpliciter rem pignori obliga-  
tam reddat? *Aff.*

III.

An prius pignus liberetur si debitor aliud pi-  
gnus æq; idoneum invito creditori offerat? *Neg.*

IV.

An Vasallus feudum hypothecare possit? *Neg.*










25. Mufcus de vindicta praetextu defensionis adumbrata.
26. Müller, De testibus
27. Müller, de iure facinorosos sequela praefectoria persequendi. Nam dan Orul? Lulz vdr Nufzila.
28. Caesar, de amplissima collectorum materia.
29. Novius, de iurata specificatione heredis et aliorum.
30. Mühlfort, de privilegio competentiae.
31. Mühlfort, de verborum obligationibus.
32. Mühlfort, de commissariis.
33. Mühlfort, de fideiussoribus.
34. Mühlfort, de prioritatem creditorum concurrentium.
35. Mühlfort, de iure venandi.
36. Müller, de sponsalibus.
37. Müller, de contractibus possessionem de hereditate et eorumque iure.
38. Moringius, de de pofila.
39. Moringius, de superioritate territoriali et ejusdem iuribus adfinitibus.
40. Mentzerus, num sponsus ante solennem in ecclesia copulationem et benedictionem, concubitantibus, pub. potentibus iuste imponatur.



41. Meier, de iudicio annitorio, apud nos dñi Lo. Sforzini.  
42. Meier, de tutela datura.  
43. Meier, de aufgabe Littenauerfi  
44. Meier, de translatione ministri scolae  
45. Meier, de iure infantium.











præter. exhered. & Authenti. Hoc amplius C. de  
WESENBECK. ad d. t. injusto &c. Si tamen d  
ut vocari solent, h. e. ii, qui post conditum  
Patri vel Avo liberi nascuntur, vivo adhu  
rum decedunt, testamentum redintegrati  
convalescit, ita ut ex eadem succedatur, L.  
dem stricto jure, sed ex æquitate pratoria  
de lib. & posth. hered. inst. itemque L. 3. C. de pos  
§. XXIII.

Partum legitimum parentibus succed  
juris est, §. 1. Inst. de hered. que ab intest. def.  
dem & parentum commune votum liber  
tem Parentum vocat, L. 7. in f. unde lib. vo  
ma parentum esse solet, liberis parare & l  
L. 50. de bon. liberi. & L. 13. C. de leg. hered.  
tus succedere hereditatemque transmitt  
est, ut vivus fuerit natus & cum spiritu edi  
lib. & posth. nec tamen etiam monstrosus, L. 3  
inst. ceterum non obstat, licet vel illico inter  
nus expirarit, modo vivus ex utero mater  
2. & 3. C. eod. L. quod dicitur ff. de posth. & lib. l  
opus est, ut vocem edat, licet id velit Jus  
Recht art. 20. verbis: Wenn der Sohn nach  
de lebet also lang, daß man seine Stimme h  
Wänden des Hauses, so ist er beerbet mit sein  
hic enim textus in desuetudinem abiit, co  
servantia admittitur qui vivus in lucem p  
lum ediderit vagitum, ARN. REYGER in Thes  
tus, addict. n. 8. modo vitam aliis signis p  
motu capitis, brachiorum, pedum, &c. J  
qu. 15. n. 47. CÖLER. P. II. decis. 288. CARPZ.  
quodsi vero infans in ipso partu sit mort  
cedere, neque hereditatem ad alios tran  
CARPZ. c. l. def. 17. Ubi simul notandum,  
tam vel mortem partus pro fundamento  
allegat, onus probandi incumbat, L. 15. §. 1  
C. 2

